05 H 606

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696193-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696193-p0002-8

*Q. D. B. V.*

10.

# DE IVRE PROHIBENDI CEREVISIARIO CIVITATVM SAXONICARVM VLTRA MILLIARE EXTENDI SOLITO IN ORDINAT. d. A. 1555. NON FVNDATO

*PRAESIDE*

GODOFR. LVDOV. MENCKEN JCto.
POTENTISS. POLON. REGIS ATQVE ELECT. SAX.
IN SVMMO PROVOCAT. SENATV CONSILIARIO, PROFESS. IVR.
PVBLICO, FACVLT. IVRID. CVRIAE PROVINC. SCABINATVS,
SENAT. ECCLESIAST. ET IVDIC. PROV. LVSAT. INFER.
ASSESSORE ORDINARIO, ORDINIS SVI
H. T. DECANO

*A. M DCC XXXV. D. XI. OCTOBR.*

IN AVDITORIO JCtorvm

DISPVTABIT

*AVTOR RESPONDENS*

GEORGIVS GOTTLOB SEYFFERT
DRESDENSIS.

---

*VITEMBERGAE*, Stanno GERDESIANO.

UNIV.-U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
05 H 606

REVERENDISSIMO PERILLVSTRI
ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO

# DOMINO
# BERNHARDO

S. R. I. LIBERO BARONI

DE

# ZECH

DYNASTAE SCHMORCKAVIAE
POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS
AC PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE
A CONSILIIS STATVS
ET
SENATVS SANCTIORIS
REVERENDISSIMI CAPITVLI ZIZENSIS
DECANO
LITERARVM LITERATORVMQVE
MAECENATI SVMMO

DOMINO SVO
INDVLGENTISSIMO

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696193-p0005-5

OPVSCVLVM HOC ACADEMICVM

DEVOTISSIMI ANIMI MONIMENTVM

CONSECRAT

DEMISSISSIMVS CLIENS

IOANNES CHRISTOPHORVS PESLERVS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696193-p0006-1

DEMISSISSIMI CVLTVS TESTANDI CAVSA

SOLENNI VETERVM FORMVLA

D· D· D

AC VOTIS PRO SALVTE FORTVNAQVE

*TANTI MAECENATIS*

ET INCOLVMITATE INCREMENTISQVE

PERILLVSTRIS GENTIS

# ZECHIAE

PERPETVIS

PIE SVSCEPTIS AC MVLTIPLICATIS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696193-p0007-7

OBSEQVIVM SANCTISSIMVM AC STVDIA

*RES SPESQVE SVAS*

RELIGIONE OFFICII QVANTA POTEST

MAXIMA COMMENDAT

CVLTOR

*TANTI NOMINIS*

OBSEQVENTISSIMVS DEMISSISSIMVSQVE

*AVTOR RESPONDENS*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696193-p0008-3

REVERENDISSIMO

ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO

# DOMINO BERNHARDO

S· R· I· L· B

# DE ZECH

POTENTISSIMI

POLONIARVM REGIS

AC

PR· ELECTORIS SAXONIAE

MINISTRO STATVS

ET

CONSILIARIO SANCTIORI

REVERENDISS· CAPITVLI ZIZENSIS

DECANO SPLENDIDISSIMO

HEROI IN TOGA

LITERARVM STATORI

*DOMINO SVO*

PERINDVLGENTI

HAS QVALESCVNQVE

EXERCITATIONVM SVARVM

ACADEMICARVM PRIMITIAS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696193-p0010-2

B. C. D.

§. I.

Pomponius, urbis ac oppidi nominis notionem traditurus, *urbem* ab urbo, *oppidum* ab ope, appellari dicit in *L. 239.* §. *6. et 7. ff. d. V. S.* Solebant veteres, urbem condituri, auſpicata die, ad illam deſignandam, aeneum aratrum adhibere, quod taurus et vacca albi coloris, ille dextram, haec intrinſecus ſiniſtram ad manum alligata, trahebat, ducensque, ritu Sabino, togae parte caput velans, ſtivam incurvam et obliquam regebat, qua glebae ita ſcindebantur; ut omnes introrſum delaberentur: Locum, unde terram exſculpſerant, foſſam, terram ipſam vero, introverſus iactam, murum nominabant. *Varro de Lingv. Lat. IV. 32.* HEINECC. *Antiqu. Rom. P. I. p. 369.* Eadem Solemnitate Romam a Romulo conditam *Ovidius L. IV. Faſtorum verſ. 819. ad 826.* ſcribit:

Apta dies legitur, qua moenia ſignat aratro.
Sacra Pales aderat: inde movetur opus,

Foſſa fit ad Solidum: fruges iaciuntur in ima,
Et de vicino terra petita Solo.
Foſſa repletur humo, terraque imponitur arae:
Et novus accenſo finditur igne focus.
Inde premens ſtivam deſignat moenia Sulco:
Alba iugum niveo cum bove vacca tulit.
conf. Virgil. Aeneid. L. I. verſ. 427. et L. V. verſ. 755.
Interea Aeneas urbem deſignat aratro,
Sortiturque domos, - -

§. II.

Moenia, quae Sancta habebant, non minus, ſolemni ſacrificio ſignabant, fruges in ſubiectam foveam demittebant, et ex vicina terra exaggerabant, bovemque cum vacca, ſulcatis moenibus, immolabant. Alex. ab Alex. *Dier. genial. L. 6. c. 14. p. 341.* In loco vero, ubi portas, (quas, ob defunctorum deportationes corporum, ut funeſtas, minime ſanctas, reputare poterant,) erigere intendebant, aratrum circum agentes extollebant, et portabant. In evertenda urbe pariter aratrum adhibebant, hocque aequabant ſolo, qua ratione civitatem deſiiſſe, ac excidium paſſam eſſe indicabant. Sic Cicero. *Philipp. II. c. 40.* Tu autem inſolentia elatus, omni auſpiciorum iure turbato, Caſilinum coloniam deduxiſti, quo erat paucis annis ante deducta, ut vexillum tolleres, et aratrum circumduceres: cuius quidem vomere portam Capuae paene perſtrinxiſti, ut florentis coloniae territorium minueretur. In bello quoque aratrum, quod machinam bellicam non male interpreteris, in ſignum extinctae urbis adhibebatur, ac inducebatur, quo reſpicit illud Horatii *L. I. Od. XVI. verſ. 18.*

- - altis

- - - altis urbibus ultimae
Stetere cauſae cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

Vnde, hoc facto, legatus Civitati uſusfructus extinctus putabatur, id quod MODESTINVS *in L. 21. ff. quib. mod. uſusfr. l. uſ. amitt.* in Carthaginis exemplo refert, dicens: Si uſusfructus civitati legetur, et aratrum in eam inducatur, civitas eſſe deſinit, ut paſſa eſt Carthago, ideoque, quaſi morte, deſinit habere uſumfructum.

## §. III.

Oppida olim terras muris cinctas notarunt hoſtium inſultibus reſiſtentes JASON *in L. 73. §. 1. ff. d. Legat. I. n. ult.* quod MODESTINVS *in d. L. 239.* opis voce expreſſit, quaſi defenſionis cauſa exſtructa eſſent. Certe primis temporibus, ubi urbis nomen Romae vindicabatur ſoli *L. 1. ff. d. Off. Praef. Vrb.* reliquis civitatibus munitis oppidorum nomen adpropriatum eſt. Quintilian. IX. 2. Quamvis ipſa Roma, quantum moenibus cincta, oppidum audiat LIVIVS *L. 42. c. 36.* ubi dicit: Legati ab Rege Perſico venerunt, eos in *oppidum* intromitti non placuit, cum iam bellum Regi eorum eſſet decretum. Alias Roma ab urbe diſtingvebatur, quod *Paulus* perſpicue exponit *in L. 2. ff. de V. S.* Vrbis appellatio muris, Romae autem continentibus aedificiis finitur, quod latius patet: Idem confirmat. *L. 87. ff. eod.* unde penu, quam Romae quis habet, legata, non tantum, quae intra muros, ſed et, extra illos, in horreis, villis, aedificiis, hortisque continentur, debentur. *L. 84. ff. de Legat. 3. L. 4. §. 4. ff. de pen. legat.* Etiam in continentibus aedificiis natus, Romae editus agnoſcebatur, *L. 147.*

 *ff. d.*

*ff. d. V. S.* cum, extra illa exiſtens, demum abſens eſſe crederetur. *L. 173. ff. d. t.* Ipſa urbis continentia, maxime, ubi de iuribus eiusdem et iurisdictione *L. 9. C. de annon. et tribut.* aut de patria demonſtranda, *L. 30. ff. ad municipalem.* ſimilibusque cauſis agebatur, attendi merebatur. Negare tamen non licet, ſequentibus temporibus, oppidi et urbis diſtinctionem non omnino retentam, ſed promiſcue illa nomina uſurpata eſſe, quod, ut alia praetermittam, exemplum apud NEPOTEM *Miltiad. c. 3. n. 2.* prodit.

## §. IV.

Civitatis vocabulum, coetum perſonarum eodem iure utentium et cohabitantium, deſignat. *Cicero*, conventicula ad communem ſiue publicam utilitatem inſtituta, poſtea civitates, domiciliaque coniuncta, urbes dictas, moenibus ſeptas in Oratione *pro Sexto c. 42.* declarat. Adeoque ſuburbiis, per muros interiectos, contradiſtingvebantur, quod ex *Capite 17. de ſentent. ex comm. in 6.* videre licet. Vere itaque loquendo, urbis appellatione aedificia, civitatis incolae venerunt. Numero Civium municipes olim non comprehenſi, quandoquidem municipia, ut oppida ſuis legibus utentia, in Civitatem Romanam recepta, et municipes tantum, quod nomen prodit, muneris honorarii cum populo Romano participes facti ſunt. GELL. *Noct. Att. L. 16. c. 13.* BODINVS *de Republ. L. I. c. 47. 48.* Vnde in *L. 1. §. 1. ff. ad municip.* VLPIANVS abuſive dixit, nunc ſuae cuiusque civitatis Civem appellari, qui proprie loquendo muneris particeps, receptus in Civitatem, ut munera cum Civibus faciat. *add.* GVIBERTVM *L. 4. Hiſtor. Hieroſ. c. 13.* STEPHAN. *de Vrbibus p. 89. n. 93. et p. 267. n. 21.*

§. V.

§. V.

Vt locus civitas eſſet, ex ſolo Principis arbitrio pependit, quod quoque ex ſola civitatis nominatione collectum. Bartol. (*in L. unic. n. 3. C. de metrop.* et in *L. ult. n. 5. ff. de colleg. illicit.* Primis temporibus tantum in minoribus cauſis, id eſt, usque ad quinquaginta ſolidorum ſummam, iurisdictionem, et in levioribus criminibus, per defenſores illam exercebant civitates, mero quippe et mixto imperio deſtitutae *L. 1. 3. 4. 7. 8. 9. C. de defenſor. Civit.* ſola Roma excepta. *L. 1. ff. de Off. Praef. Vrb.* Poſt haec mutata, uti ex triplici earum ordine conſtituto adparet. *Maximae* enim, forum cauſarum, multas urbes ſubiectas, mixtumque imperium, *magnae*, poſtremum modo habebant, *parvae* autem, hoc etiam carebant, et ſupra dicta iurisdictione mere praeditae erant. *L. 6. §. 2. ff. de excuſ.*

§. VI.

Cives pariter ac civitatum incolae inaequalibus gaudebant iuribus. Romae enim Cives, inquilini et libertini multum differebant. *Cives*, domicilii, tribus, et honoribus, *inquilini*, ſive incolae, domicilii, *Libertini*, cum libertis, tribus, potiſſimum urbanae, iure potiti ſunt. Praeter hos, *municipes*, ſupra memorati, tribu et honoribus frui, neutiquam vero domicilium nanciſci potuerunt. Vnde nec in eo ſtatu pro ingenuis civibus agniti ſunt, ſed municipum nomen, ut ſibi proprium, retinuerunt. Cives quod attinet Romanos, illi tam civium, quam civitatis iure ſunt uſi. Vnde cenſebantur, ſuffragium ferebant, et romanis legibus utebantur, pariter ad ordines, Senatorium, equeſtrem, et de plebe dictum

ad-

adſpirabant. Praerogativas nanciſcebantur potiſſimum has, quod in tribu et centuria eſſent, virgis caedi, aut vinculis conſtringi ac detineri, capite quoque plecti, ſine populi iudicio, non poſſent. In legione Romana militabant, et milites evadebant beneficiarii: Liberos in poteſtate, ius adoptionis, gentilitatis, et togae ferendae, ut et teſtamenti condendi habebant. Soli ex Civis Romani teſtamento, hereditatem capiebant, conficiendoque intererant. *Incolis* ſeu inquilinis gratis, vel pretio dato, alienam domum totam occupare, et lares, rerum ac fortunarum ſummam eo transferre, ſine licentia diſcedendi, concedebatur. *L. 7. C. de incolis, et ubi quis domicilium habere videtur, et de his, qui ſtudiorum cauſa in al. civit. deg.* Roma igitur proficiſcentes tantum peregrinari putabantur *d. l. Libertini* cum parentibus ſuis libertis in urbana tribu habitandi poteſtatem tantummodo nanciſcebantur, ibique ſuffragia ſua ferebant. In ruſticam tribum non admittebantur, quandoquidem hanc maioris aeſtimabant veteres. VARRO *de re ruſtica praefat. II.* CICERO *pro Roſc. Am. c. 27.* *Municipes* ſuo iure et legibus vivebant, et ſuffragii iure carebant, Civitatis licet iure donati.

## §. VII.

Non parci erant Romani, ubi fidem Reipublicae probatam gentis cuiusdam agnoverant, in Civitatis largiendo ac communicando iure. Hac enim ratione italicas gentes et peregrinas nationes, ſocietatis vinculo ſibi iunxiſſe ac univiſſe Romanos depraedicat CICERO *Orat. pro L. Cornel. Balb. cap. 13.* verbis hiſce: Illud vero ſine ulla dubitatione maxime noſtrum fundavit imperium, et populi Romani nomen auxit, quod princeps

ille,

ille, creator huius urbis, Romulus, foedere ſabino docuit, etiam, hoſtibus recipiendis, augeri hanc civitatem oportere. Cuius autoritate et exemplo nunquam eſt intermiſſa a maioribus noſtris largitio et communicatio civitatis. Mutare in civitate locum ac ſtatum ſuum, ſed uni tantum ineſſe, licebat. Vnde, creſcente Republica, Cenſoribus ius dabatur, non modo novas addere veteribus tribus, et novos cives in tribus adſciſcere, ſed et veteres ob vitae flagitia, tribu, cum ignominia movere, aut certi criminis accuſatos ac condemnatos in locum accuſatorum ex nobiliore ad ignobiliorem translocare, pariter eos, qui ex ſedentariis artibus tantum lucrati erant, ut agrum comparare valerent, ex urbana in ruſticam tribum transferre.

## §. VIII.

Collineat eo, quod Marcianvs in *L. 1. ʃ. 2. ff. de Colleg. et corpor.* tradit, non licere amplius, quam unum Collegium *licitum* habere, et, qui in duobus eſt, eligere, in quo magis eſſe velit, debere. Licita autem fiebant Senatusconſulti vel Caeſaris autoritate et comprobatione *l. 3. ʃ. 1. ff. eod.* Collegium, ibi notat corpus ſodalitium artem certam tractans, quale piſtorum, vinariorum, caligariorum, ſuariorum, naviculariorum etc. eſt, arcamque communem, actoremque habet, per quem, quod communiter agi fierique oportet, agitur et fit. *L. 1. §. 1. ff. quod cuiusque Vniverſ. nom.* Vnde, qui duas artes mechanicas didicit, duabus intereſſe nequit, ſed, ex una ſodalitate in alteram tranſiens, primam deſeruiſſe iudicatur. *a. l. 14. C. d. Cohortal. Princ.* Christin. *V. 5. Dec. 164. n. 15.* Brvnn. *Cent. 2. Dec. 65.* Male inde argumenta ad alia Collegia, in quibus membra,

neque artificio, neque negotiationi quaeſtuariae incumbunt, ducuntur. conf. *Reſol. Grav. d. A. 1653. 57. tit.* von *Juſtitien*=Sachen *grav.* 77.

§. IX.

In civitatem autem vel tranſibant, vel veterem retinebant Romanis Civibus aggregati, ut ſic unius civitatis modo exiſterent membra, quod *in Orat. pro L. Corn. Balb. Cap. XI.* CICERO refert, et probat: duarum civitatum, inquiens, civis eſſe, noſtro iure civili, nemo poteſt, non eſſe huius civitatis civis, qui ſe alii civitati dicarit, poteſt; et in *Cap. 13.* O! jura praeclara, atque divinitus iam inde, a Principio romani nominis, a maioribus noſtris comparata, ne quis noſtrum plus, quam unius civitatis eſſe poſſit, ne quis invitus civitate mutetur, neve in civitate maneat invitus. Haec, in unam ſocietatem ſe recipientibus, poſtea in civitatis iuris acquiſitione communicata aequabilis conditio, et meri ac mixti imperii a iurisdictione non accurate, temporis progreſſu, obſervata differentia, effecit, ut, ſive in oppido, ſive in civitate, aut urbe degentes, modo in numerum relati, cives nominarentur, et uno iure, publicae utilitatis cauſa, commodisque ac incommodis iisdem, qua patebat Civitas, in illa fruerentur.

§. X.

Interim Cives, et qui his praeerant, ſua civitatis iura ultra limites extendere non poterant. Nam, ius dicentes, tantum intra territorium iurisdictionem exercebant. *L. 20. ff. de iurisdict.* Territorium autem, tam oppido, *L. 3. §. 4. ff. de Sepulcro violat.* quam civitati competebat. *L. 41. §. 5. ff. de legat. I. L. 3. C. de incol.* Territorium, deſcribit POMPONIUS, univerſitatem agrorum

intra

intra ſines cuiusque civitatis, et addit; id quod ab eo dictum quidam aiunt, quod Magiſtratus eius loci intra eas fines *terrendi*, id eſt, ſubmovendi ius habet, in *L. 239. §. 8. ff. d. V. S.* conf. du FRESNE *Gloſſar.* voce *territorium*, ubi eam *bobus tritum*, explicat. Terrere et ſubmovere idem involvunt, et vocis *fugere* vim habent, unde hanc pro illa uſurpat HORATIVS *Satyr. L. 1. Satyr. 8. verſ. 6.*

Aſt importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa, vetatque novis conſidere in hortis.

Vtrumque vocabulum effectum iurisdictionis notat, et, intra territorium huius actum ab alio exerceri non poſſe, nec debere, innuit. Videmus ex dictis ſequi, dari differentiam urbium, Civitatum, ac oppidorum, licet eadem appellatione, germanico idiomate, Stádte, utplurimum omnes exprimamus. Hoc interim extra dubium eſt, et ex dictis conſequitur, ultra territorium, iurisdictionem habentem, nec Cives, ultra ſua iura producere et transferre potuiſſe.

## §. XI.

Derelinquo priſtinum ſtatum, alio tempore laxius et accuratius perſequendum vel illuſtrandum, in praeſens ad ſpecialem, quem intendo, ſcopum properans. Nimirum ad Saxoniam me verto. De tempore, quo prima vel ſecunda urbs vel civitas, quae vocabula indiſcrete in ſequentibus uſurpabo, erecta ac munita eſt, indigitando, parum ſum ſollicitus. Nam, quod ex Gow, tanquam certo terrarum diſtrictu ſive territorio, vici et Burgi fuerint nati, et ex his Civitates prognatae, licet non incertum, parum tamen attinet. Id nihiloſecius non praetereundum. Cives, Ruricolarum ope, ſui con-

ſervationem utiliſſime promoviſſe. Non enim ignotum eſt, tempore Hunnorum irruptionum maxime cogitatum fuiſſe de Saxonicarum urbium erectione, multiplicatione, defenſione, et totius Saxoniae incolarum ſecuritate procuranda. Vnde electus legitur, uno quovis ex pago, nonus in ordine poſſeſſor, tanquam agrarius miles, reliquis octo incolis huius relicti fundi curam aeque ac ſuorum habentibus. Totius pagi reditus ruralis, pro tertia parte, annuatim in civitatem translatus, et futurae ex bello neceſſitati metuendae deſtinatus ac reſervatus eſt, ruſtico interim, civitati, tam condendae quam erectae muniendae, incumbente, ſpe reliquis integra, de ſui ſecuritate et exhibitione intra urbem, irrumpente hoſte, quaerenda ac invenienda. LEHMANN. *Chronic. Spir. L. 5. cap. 1. p. 338.* MYLER. *Archilog. c. 17. Th. 3, add.* Teutſch. Reichs-Staat. *T. II. p. 6. p. 236.* §. 2.

§. XII.

Ex quo vero pacatiora ſecuta tempora, ad communem ſubditorum utilitatem promovendam, eximie intenta Principum cura fuit. Vnde nobilium praerogativam, civium ſortem, ac ruſticorum ſtatum invicem conferentes, unicuivis ſuum deberi, obſervabant, adeoque, non quid unicuivis liberet, ſed quid unumquemvis deceret, et ipſi vindicandum ac tribuendum eſſe, ſtatuebant. In triplicis huius ſtatus originem erudite inquirit B. SPENER *in Jure publ. P. 3. L. II. cap. 7. §. 5. 6. 7. 8.* Sed eandem hic referre, aut multa de ea proferre, inſtituti ratio neutiquam permittit. *Nobiles* militiae et aulae, *cives* opificiis, commerciis et negotiationibus, Bürgerliche Handthierung, generaliter dici

dici ſolitis, *ruſtici* agris colendis vacabant ac incumbebant. Vnde primi extra urbes, ſecundi intra moenia, tertii rure degere dicebantur. Non magno admodum numero cum reperirentur urbes, intercapedine facile abundabant. Bello vero ceſſante, et publica reſtituta quiete, hominibus in immenſum auctis, de novis tam civitatibus erigendis, quam pagis coniungendis, et vicis collocandis cogitatum, quod maxime Regis Henrici Aucupis temporibus factum legimus. *Perilluſtr. Aut.* des Europ. Her. *P. I. p. 18.* CRANZ. *in Sax. cap. 12.* Lehmann *Chron. Spir. L. V. c. 1. p. 338.* CONRING. *d. Orig. Jur. cap. 34. p. 223.* AVTOR. der Sächß. Merckwürdigkeit. *L. II. c. 1.* §. 2.]

## §. XIII.

Interim ne urbi, iam conſtitutae, aut conſtituendae, per novae exſtructionem noceretur, in Saxonia unicuivis certum ſpatium milliare aſſignatum eſt. Land-Recht *L. 3. art. 66.* Man mag keinen Marckt bauen dem andern auf eine Meile zu nahe. Nec minus cereviſiae coctionem et diſtractionem inter occupationes urbanas relatam fuiſſe, argumento eſt, quod *in Gloſſa ad h. a.* legitur. Habent ergo ſingulae civitates fundatum de iure privilegium, ne infra milliare circum circa habeatur vinum vel cereviſia extranea venalis, et ne fiant braſia aut decoctiones huiusmodi. Vocem Marckt explicat Gloſſa von allerley Bürgerlichen Handthierung, welche denen Städten zuſtändig ſeyn, quemadmodum nomine *fori* maximas civitates olim ſignificatas eſſe teſtatur GRYPH. *Tr. de* Weichb. *Sax. c. 74.* Locus autem in quo extabant criminalis exercitii ſigna, eigne Halß-Gerichte, Stock und Galgen, dicebatur Marckt-Flecken.

§. XIV.

Milliarium, quid olim Romae notaverit, paucis trademus. Fuit columna in foro poſita, et Auguſti autoritate erecta, a qua omnes viae Italiae initium et finem capiebant. Ne tamen quis opinetur, a meditullio civitatis milliaris menſuram coeptam eſſe, Macer. *in L. 154. de V. S.* hoc dubium praevenit, aiens: mille paſſus non a milliario urbis, ſed a continentibus aedificiis, numerandos eſſe. Nec, cur aliud ſentiret, habet Godofredus *in d. l. lit. f.* niſi quod putet, verba: continentibus aedificiis, cum verbis: a milliario urbis, commutanda, et ita ponenda eſſe: non a continentibus aedificiis, ſed a milliario urbis numerandos. Sed violenta haec eſt tranſpoſitio ad alienum a mente legislatoris ſenſum confingendum. Convenienter haec exponit Pitiscus *in Lex. Antiq. Rom. voc. milliarium.*

§. XV.

Milliare Saxonicum comprehendit 60. Gewende, oder 3600. Ruthen, oder auch 27000. Ellen, prout hoc determinatum legitur, inter vetuſta Magdeburgenſium iudicata, in libro des Weichbilds *p. 161.* Ad hunc modum menſionem inſtitutam fuiſſe, cum Dreſena, cum Caupone Döhlenenſi, litem haberet, refert Weck in der Beſchreibung der Haupt-Veſtung Dreßden verbis *ſeqq.* anno 1494. am Donnerstag nach Mariä Geburth, wurde eine Meile weges gegen Döhlen zum Kretzſchmar, welcher ſich Bierſchancks anmaaſſen wolte, und ſich auf das Meilen-Recht berufte, ausgemeſſen. Man maaß vom Stadt Graben allhier an, und befunden ſich 35½. Gewende, ermangelten alſo 24½. daß die Meile nicht erfüllet werden konte, und alſo erhielt die Stadt das Recht in foro contradictorio. Vnumquamvis autem pedaturam, Meß-Ruthe, quindecim

cim pedibus abſolutam fuiſſe, refert ZOBEL *ad* Land-Recht *L. 3. art. 66.* Interim modum, quo, ex ipſius ſententia, Magdeburgenſes computationem inſtituendam eſſe putarunt, nimirum, daß die Ruthe ſollen 15. Bauren meſſen, wie ſie des Morgens nach einander aus der Kirche gehen, accuratum agnoſcere non poſſum, niſi in praeſumta gradientium velocitate, paſſuum aequalitatem quaerere vellem.

## §. XVI.

Aliam milliaris menſuram, ad inſtantiam Sereniſſimi Saxoniae Electoris Ioh. Georg. II. A. 1662, a iuridica noſtra Facultate conceptam atque adprobatam habes, in ZIEGLER. *d. iur. Mai. L. 1. c. 43. §. 8. ſq.* qui milliare, neque magnum, neque exiguum, ſed mediocre, ex communi peritorum opinione, determinat 1500. Ruthen, und iede Ruthe 15. Schuhe oder 7½. Werck Elle, alſo zuſammen 22500. Schuhe oder 4500. Schritt. Secundum hanc M. Ian. 1706. a noſtris IureConſultis iudicatum eſſe refert illuſtr. WERNHER. *in Supplem. nov. Vol. VII. p. 213.* Non poſſum tamen hic praeterire, ipſam metiendi methodum et formam non ab omnibus agnitam, aut pro regula receptam eſſe. Vnde, diverſitatem opinionum, Saxonicis in terris, Sanctio *de A. 1706.* ſuſtulit. Cum enim accisae introductioni exinde obſtaculum oriretur, determinatio milliaris ſequens facta: nach 16000. Dreßdniſchen Ellen, oder 2000. achtellichten Ruthen, als ſoviel wir bey der General-Acciſe auff eine Meißniſche Mittel-Meile gerechnet, wiſſen wollen: item d. A. 1715. Worbey wohl zu mercken, daß die Viertel Meile nach 500. ellichten Ruthen oder 4000. Dreßdniſchen Ellen gerechnet werden muß.

§. XVII.

## §. XVII.

Itaque incipit milliaris menſura a fine urbis aedium, et ſi ſuburbium adeſt, ab ultimo ſuburbano aedificio, et, in via regia, ſeu publica et vulgari, continuatur. Zobel. *ad* Land-R. *L. 3. art. 66. lit. b.* Man ſoll die Meilweges nicht über quer Feld, noch auff dem Richt-Steige, ſondern nach den gemeinen Reiß- und Fahr-Wege, da man pfleget auffzugehen, und zufahren, meſſen. conf. Weichbild *pr. 161. rubr.* was eine Meil-Weges ſey? Terminum et modum hunc comprobat Rescriptvm *d. A. 1713.* die Stadt mag verſchloßen oder offen ſeyn, von dem letzten Hauſe der Vorſtadt, und auff einen ordentlichen unverwehrten Fuhrwege fort. Et ſic declarat Rescriptvm *d. A. 1706.* ubi verba: von Stadt-Thore an. Finitur autem non ante, quam ipſe locus litigioſus tangatur; biß an den Platz, darauff das Brau-Hauß erbauet werden ſoll. Beyer. *Spec. Jur. Germ. L. 1. c. 16. th. 13.* Vnde non ad limites pagi, ſed ad cauponam ipſam metiendum eſſe, cenſuit noſter Ordo menſ. Ianuar. 1715. reiecta Coleri ſententia, quam in contrarium *P. 1. Dec. 215.* fovet. Terminum ad quem ſic determinavit Rescript. *d. A. 1719.* biß dahin, wo das Wohn-Gebäude der Schencke angehet.

## §. XVIII.

Habent igitur urbes in Saxonia ius prohibendi, quo minus extranea cereviſia vendatur, idque fundatum, vel in praeſcriptione, vel in privilegio a Principe impetrato. De Praeſcriptione in praeſens non agam. Interim, cum in aliis regalibus in univerſum, praeter immemorialem, nulla, ſic in poſſeſſorio, ne quidem decennalis admittenda eſt, idque, tam ob praeſumtionem

Prin-

Principis favorem reſpicientem, actus, contra legem ſuſcepti, nullitatem comitem habentem, *L. 5. C. d. Legibus* quam ob clarum Mandatum *d. 15. Febr. 1676.* Alſo ordnen, daß in Brau- und Schenck-Gerechtigkeits-Sachen auff keine Poſſeſſ erkannt, auch alle actus, ſo dargegen angezogen werden möchten, pro clandeſtinis, turbativis, nicht weniger als in andern, in der Landes-Ordnung verbothenen Sachen, ſchlechter Dinge geachtet und gehalten werden ſollen. Adeoque, ubi expreſſa iam prodita apparet ſeria voluntas, contraria, in tacito huius temporis lapſu ſe fundans, male arguitur. Qui aliud ſentiunt iuris textuum ſuffragio deſtituuntur, meraque Doctorum opinione ſuffulciuntur. Non de iure, cereviſiam, ad propriam et familiae uſum, coquendi, vel extraneam, ad eundem finem, importandi, quo perſonae, privilegio ſpeciali munitae, Conſiliarii, praefecturis praepoſiti, alii, utuntur, Res. Gr. *d. A. 1661. Tit.* von *Juſtiz*-Sachen, §. *123.* nec vendendi eam poteſtate, privatis quibusdam, per inveſtituram tributa, aut per tempus, quod hominum memoriam excedit, acquiſita, nec de iure cogendi et prohibendi, quo civitates, intra milliare, praediorum ac locorum poſſeſſores, ut cereviſiam extraneam non importent, ſed eam ex civitate deducant, compellere poſſunt, agam, ſed tantum inquiram, an opinio, quae quaſi communis eſt, quod civitates ius prohibendi ad milliare reſtrictum non habeant, in Saxonica Ordinatione d. A. 1555. ut fertur, ſit fundata.

## §. XIX.

Meam ſtatim dicam, poſt uberius explicandam et evincendam, ſententiam. Ius competit civitati querelam ad Principem deferendi, ubi animadvertit, cereviſiam



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696193-p0025-7

viſiam vel vendi ab eo, qui hoc iure non gaudet, vel extraneam cereviſiam invehi in locum ultra milliare a ſe remotum. Intra milliare autem, utroque in caſu, ipſa experiundi facultatem in Saxonico Iure expreſſe habet conceſſam. Cum diſputatio accuratius non ſuſcipiatur et finiatur, quam legibus utrinque allatis diſcuſſa, in praeſens rationes et ius ipſum inſpiciemus et producemus, cum nemine Doctorum nos committentes.

§. XX.

Ordine itaque afferam, quae pro adverſa ſententia adhibentur argumenta. Civica negotia intra civitatem, non extra illam tractanda. Iſthaec ad milliare ob textum des Land-R. *L. 3. art. 66.* reſtringere, pugnat cum *Ordinatione Provinciali Anno 1555.* condita ac promulgata. Haec *Ordinatio* ius cereviſiarium, per modum commercii et negotii ſpecialis, Civitatibus aſſignat, et reliquis intactum relinquere iniungit. Omnes itaque, quocunque locorum degant, quibuscunque etiam milliaribus a Civitate aliqua diſtantes, cereviſiam vendendo, extraneamque eum in finem inferendo, mercimoniis, civitatibus adpropriatis, ſe ingerere, putandi. Ius prohibendi nullibi legitur ad milliare reſtrictum. Ergo univerſitas, non tamen membra, ex hoc Civitatum Iure, Ordinatione *d. A. 1555.* fundato, valide experiri poſſunt, conventumque, ius ſuum, das Befugniß, praeciſe probare obligant.

§. XXI.

Equidem non inquiram, an expediat Gundlingianum *conſilium* in ſcripto, quod nomen habet, Antwort Schreiben auff etliche Fragſtücke eines gelehrten Edelmanns,

manns, welcher in einer Preußiſchen Provintz wohnet. *N. II. rubr.* Ob das Brau-Weſen den Städten in Teutſchland eine güldne Nahrung bringe, propoſitum; Principem regale coquendae vendendaeque cereviſiae prorſus revocare, et ſic non exiguo civium numero comesſandi otiandique cauſam et anſam tollere, tam poſſe, quam debere. Ita enim ſcribit Gundling, es wäre gewiß beſſer, wenn der Landes-Fürſt ſich des Brauens anmaaßte, und ſeinen Unterthanen, welche bishero in Müßiggang gelebet, eine gedeihlichere, wie wohl arbeitſamere Lebens-Art zuwege brächte. Dahin rechne ich vor allen andern Dingen die Manufacturen, welche diejenigen Commercien hinter ſich nachziehen, ſo eines armen Landes Auffnahme und Wohlſeyn befördern können.

## §. XXII.

Publicae utique rei intereſt et prodeſt, florere artificia et opificia. Sunt illa media, quibus exteri ad pecunias ac opes ſuas, commerciorum ſubſidio, afferendas, incitantur, ac alliciuntur. In excogitatis non acquieſcendum, ſed nova invenienda, inventisque quin aliquid addatur, non deſiſtendum. Regitur mundus varietate, optimum a mediocri, et hoc a vili probe ſcit diſtingvere. Quo curioſiora, et ad imitandum difficillima, eo cariora. Non, quod omnium manus parare valent, ſed quod multorum ſuperat ſcientiam et capacitatem, vel unus, vel alter, tantum praeſtare poteſt, ars eſt; ad quam non uno impetu, ſed longa meditatione, uſu et laborioſa rerum variatione pervenit artifex.

## §. XXIII.

Vaſa Saxonica murrina, **Porcellain**, mundi miracula, famoſum nobis exemplum praebent, quid ſtudium indefeſſum, attentio concatenata, rerum diverſarum, etiam vilium, quandoque collatio, coniunctio et mixtura, earumque per intervalla ſuſcepta tractatio, et ad finem continuata opera, efficere valeat. Quid opus eſt ex Gallia, Anglia, aliisque terris, ibidem non nata, ſed facta, apportare, et laborem impenſum tam caro redimere pretio, quem, hominum vires non ſuperantem, impendere aeque poſſimus, ſi manum admovere non pigeret, et ſplendidum otium perdere placeret. Hac autem ratione alias regiones ditamus, nosque, nervo rerum gerendarum, pecunia, orbamus. Multi noſtrorum civium facile florere potuiſſent, ſi, opificio ſuo tractando, idem inpendiſſent tempus, eandemque operam, quam in Cereviſiam coquendam et vendendam inſumſerunt. Vna atque altera civitas forte non defloruiſſet, ſi cereviſiae coctioni ac venditioni, ipſius cives tanto numero ſe non dediſſent, nunc ad opificia vel tractanda vel reaſſumenda inhabiles, pigri, laboris impatientes, ac obtuſi.

## §. XXIV.

Vtilitatem, quam res publica, ex iure Cereviſiario civitatibus tributo, percipit, magnam haud credo. Si ad exteros transveheretur, commercium et lucrum in promptu eſſet. Nunc ubi hordeum, ligna, aliaque ad Zythum neceſſaria, a ruſticis emuntur, quandoque etiam aqua, non ſine ſumtu, aliunde adducitur, poſt a perſonis, non tenui, ſed delicato eſui ac potui adſuetis,

praeparatur, et ipſa cereviſiae coctio non absque ſumtuoſa comiſſatione peragitur, cereviſiae pretium enaſcitur, longe maius, atque ſi in pagis conficeretur. Quod experientia ſufficienter docet, civitatenſis et paganae cereviſiae bonitate et valore collato. Sic itaque in hoc negotio nil lucramur, potius perdimus.

## §. XXV.

Temporum viciſſitudo ſaepe ſuadet, id, quod ab initio profuit, tollere, ubi vel ſatis fini inſervivit, vel ſpem fruſtrari conceptam deprehenditur. Henricum Aucupem, refert Gundlingius ſupra cit. loc. Civitatibus ius dediſſe cereviſiarium, die Braunahrung, ad inſtar earum terrarum, quae ex vino, ad exteros miſſo, venditoque, lucrum ſibi conciliabant. Fateor, ſi cereviſiae diſtractione imitari illud commercium poſſemus, artem in magno pretio habendam eſſe, et quaeſtui non exiguo ceſſuram, quem Brehma, Halberſtadium, Brunſwiga, aliaeque civitates, actu percipiunt. Sed linqvo, haec, ne diſtrahar. Potius, quia in Saxonia, iam a tempore Henrici Aucupis, conf. Ioh. P. de Ludewig. *in Diff. iur. Rom. et Germ. de opifice exule in pagis th. 6.* ad civica negotia Bürgerliche Nahrung, Handthierung, ius cereviſiarium, die Brau-Nahrung, relatum eſſe, nemo diſputat, nunc tantum, quousque hoc cum prohibitione exercere, Civitates poteſtatem habeant, expendam, dubia, ſupra obiecta, remoturus.

## §. XXVI.

Vt omnia ordine fiant. Summa Principis cura eſt, ſubditorum commoda reſpiciens ac promovens. Quid unumquemvis deceat, praeſcribit, aeſtimat, et

pro iuſto ſuo arbitrio cuivis tribuit, conſtanti conſilio, ac eadem voluntate admutationem non inclinante, niſi cauſa ac fine intentionis ceſſante, vel illam ſvadente, aut omnino poſtulante. Vt retineat in officio immorigeros ſubiectos, poenas praefinit, fiſco inferendas. Querelas audit, eas cognoſcit et diiudicat, ubi publicae maxime rei intereſt, in univerſum ordinat, et quid fieri vel omitti velit, iubet. Proditur haec provida ac ſalutaris communi Saxoniae cura ac intentio, ſingularisque gratia, ubi in Comitiis provincialibus, quid publico officere proficereque poſſit, Pater Patriae, deliberato animo perpenſum, definit. Quo minus ordinatus ante aliquot ſecula in Saxonia apparuit ſtatus, et poſt haec bellorum iniuriis ſaepe conturbatus, eo plus, ad ipſum in ordinem redigendum, contribuit primitus Nobilium, hoſque Ordine praecedentium, dein Civitatum, ruſticorumque vivendi determinata ratio. Inde praedia, feudi iure, Nobilibus conceſſa, negotiationes et commercia civitatibus ac ipſarum incolis dicata, ruris cura ac tractatio ruſticis iniuncta. Sed, cum dubium eſſet, annon fructus ex praediis et rure productos, etiam in aliam ſpeciem mutare, permittendum, imprimis primo et ultimo ordini, ubi minori ſumtu neceſſaria ſibi comparare poterat, quale in cereviſiae praeparatione et coctione obveniebat, pagis adhuc admodum extenſis, qua etiam occaſione diverſoriorum ſeu cauponandi ius increbuit, a Principe impetrandum, aliquo onere Bürde gravatum, Polentam torrere et cereviſiam coquere, hocque modo, neceſſitatibus, illis ſuccurrere permittebatur. Sed, cum modum excederent, et venalem exponerent Zythum, lucro captando nimium intenti, civitates autem numero creſcerent, ſibique non ſufficerent ſufficienter exhibendis,

dis, hordeum torrere, cereviſiam Nobilium praediorum poſſeſſoribus, vel iure ex diutina poſſeſſione, vel privilegio gaudentibus, in propriam ſuorumque neceſſitatem coquere, neutiquam vendere, minimum non promiſcue, quod ea, quae ſequuntur, pluribus dabunt, licuit. Cereviſiaria autem negotiatio, Brau-Nahrung, Civitatibus tanquam civica occupatio, Bürgerliche Handthierung, tributa et aſſerta eſt.

## §. XXVII.

Id non novum eſt, a mercatura prohiberi nobiles, in dignitate viventes et opibus valentes. Iam HONORIVS et THEODOSIVS *in L. 3. C. d. Commerciis et mercatoribus* mandant, ut nobiliores natalibus et honorum luce conſpicui, Senatores, LIV. *L. 21. c. 13.* et patrimonio ſuperiores, perniciosum urbibus mercimonium exercere prohibeantur, quo inter plebeios et negotiatores facilius ſit emendi vendendique commercium. Mercimonium, quod du FRESSNE *in Gloſſar.* hac voce. *Emporium*, forum publicum, recte explicat, conſtituere ac erigere inhibebatur, quia commercia, quae in mercabilium rerum emtione ac venditione conſiſtebant, in urbibus modo vigere debebant, ut ſic auro potirentur, ac abundarent, neceſſitatibus ſufficiente. Vnde mercatores anhelare illud a barbaris poſſeſſum iubebantur, ſub poena autem, ad hos transferre, vetabantur a GRATIAN. VALENTIN. et THEODOS. *in L. 2. C. d. t.* non enim ſolum barbaris aurum minime praebeatur, etiam, ſi apud eos inventum fuerit, ſubtili auferatur ingenio, ſed ſi ulterius aurum mancipiis vel quibuscunque ſpeciebus ad Barbaricum fuerit translatum a mercatoribus, non iam damnis, ſed ſuppliciis ſubiugentur. Et, ſi id iudex reper-

pertum non vindicat, tegere, ut conſcius, criminoſa feſtinat. Promovebatur hac ratione commerciorum ſubditorumque utilitas, quandoquidem res, quibus indigebant, ipſumque aurum accerſere, et cum mercibus rebusque, in ſubiectorum terris natis aut factis, tantum permutare obſtringebantur.

## §. XXVIII.

Novioribus temporibus Henricus I. Imperator, cum anno 938. equeſtre certamen, Turnier, inſtitueret, in Ordinationis undecimo articulo, quam Fr. Pfeil. in *conſilio 202. n. 32. p. 295.* recenſet, expreſſe Equeſtri Ordini mercatum interdixit: daß welcher von Adel gebohren und herkommen wåre, der ſeinen Stand anders, denn in Adelichen Stand hielte, ſich nicht von ſeinen Adelichen Ständen Renten und Gülten, die ihm ſein Mann und Erblehn, Dienſt-Lohn, Rath-Geld, Herren-Sold, oder Eigenthum jährl. ertragen mag, ſondern mit Kauffmanſchafft, Wechſeln, Fürkauffen und dergl. Sachen nehren, oder ſein Einkommen mehren wolle, dadurch ſein Adel geſchmähet, und verachtet würde, wo er auch ſeinen Hinterſaſſen und Anſtöſſern ihr Brod vor den Mund abſchneiden wolle, derſelbe, ſo der Stück eins oder mehr überfahren, und darwieder thun würde, ſoll in Thurnier nicht zugelaſſen werden, wo er aber darüber einreiten, und Thurnier halten wolte, ſoll man mit ihm um das Roß thurnieren und ihn auf die Schrancken ſetzen, nach Erkänntniß Thurnieres Freyheit.

## §. XXIX.

Civitates in Saxonia ius ſuum, quo, ut civitates donatae erant, ex iurisdictione ſumebant. Land-Recht *L. 3. art. 16.* Klaget man aber auf ſie, ſie müßen antwortten,

ten, binnen dem Gericht, da ſie innen geächtet ſeyn. Ad milliare Spatium fundatum habent Land-Recht *Lib. 3. art. 66.* Man mag keinen Marckt, (i. e. zu Bürgerlichen Handthierung) bauen, dem andern auf eine Meile zu nah. Vnde Gloſſa ſub lit. a. infert et aſſerit privilegium, ne intra milliare circum circa civitatem cereviſia aliaque potulenta extranea venalia exponantur, ut artificia intra hos limites in pagis exerceantur. Quod non obſcuro eſt argumento, iam ante Seculum XIII. Ius Cereviſiarium extitiſſe litigioſum, an, et quatenus civitatum ſit proprium, et pro negotio ad illos mere pertinente Bürgerliche Handthierung, ſit reputandum. Interim non nego, articulum laudatum Sexageſimum Sextum maximum Civitatum eſſe fulcrum, et quantum ex legibus conſtat, ſedem et initium certum. In ipſo tamen eius uſu et exercitio, intra milliare, temporis curſu, absque contentione non manſiſſe Civitates, querelae innuunt, ad Principem, cuius maximam partem interfuit, in hac, ipſius Regalia concernente cauſa, decernere, delatae, effectu quandoque deſtitutae, adeoque in Comitiis provincialibus reiteratae ac propoſitae.

## §. XXX.

Deciſio in eis, quae anno 1482. habitae, data, id innuit. Statibus enim provincialibus, et inter hos civitatibus querimoniam ultro citroque iactantibus, quod Civicis ſuis negotiationibus prorſus privarentur, An. 1482. die Lunae poſt Quaſimodogeniti ſequens ordinatio promulgata eſt. Alß von Städten viel Klage an Uns gelanget, daß ſie ihre Bürgerl. Händel, als Maltzens, Brauens, und Bier-Verzapffens, daß ſie ſich nehren, und der gröſte Theil ihrer Nahrung darauff ſtünde, durch etzl. ꝛc. ꝛc. Des

 Adels

Adels in unſerm Landen, die ſich angenommen ꝛc. beraubet würden, das doch nicht ſeyn ſolte, ihnen auch nicht zuſtünde, und vor Alters alſo nicht Herkommens wäre, und Uns angeruffen um gnädigl. zu betrachten, und ihnen die alle aus und durch Unſere Fürſtl. Gewalt, Macht und Satzung benehmen, iegliches inſonderheit in andere beqveme Weiſe ordnen, und ſetzen wolten, dadurch ſolche Schwerheit unordentl. Weiſe, und das Verderben, das derohalben unter den gemeinem Volcke verhanden, vorkommen werde, und wir ſolche Klage ꝛc. mit beſchwerten Gemüthe vernommen, und doch Neuigkeit vorzunehmen, ſchwer ſind ꝛc. So haben wir Uns angenommen Ordnung und Satzung zuthun, daß die von allen Unſern Unterthanen angenommen ſtets, veſt und unverbrochen, ſollen gehalten werden, bey denen poenen, ſo darauff geſetzt ſind, und alſo die Geſätze, und darauff ieglichs in ſeinen Articul hernach vernommen wird. Articul des Maltzens und Brauens halber: Daß etliche Prälaten, und von der Ritterſchafft ſich auff den Kauff machen laſſen, und denen Städten ihren Handel und Nahrung damit entzogen, und die Einwohner der Städte dadurch zu verderblichen Schaden gebracht; Darum ordnen und ſetzen wir aus Unſer Fürſtlichen Macht, daß nun hinführo niemandts, welches Standes Würden, und Weſens die ſeyn in ſeinem Haus, oder ſonſt in denen Dörffern auff ſeinen Gerichten, und Gütern, durch die Seinen, oder andere, durch welche Weiſe das zukommen oder erdacht werden möchte, daß es ihme zuſtünde, oder in einige Weiſe zu gute kommen, anders den er vor ſeiner Haußhaltung nothdürfftig iſt, und nicht auff den Kauff brauen ꝛc. und dann hinführo ſolches über dieſe unſere Satzung, bey Verliehrung ſeiner Lehn, darauff ſolches geübet würde, nicht mehr thun.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696193-p0034-6

## §. XXXI.

Hae querimoniae tamen ideo non ceſſarunt. Vnde, ad Supplicum Civitatum inſtantiam, Mandatum aliud anno. 1551. emiſſum. Wie wohl ſich auch ein jeder wohl zu erinnern, daß der Adeliche Stand adeliches Weſen und Wandel erfordert, und daß ſich ein Edelmann von ſeinen Ritter-Solden und Ritter-Gütern ſoll unterhalten, ſo gelanget uns doch an, daß es bey etlichen dafür will geachtet werden, als ob ihnen frey, und ihren Ständen gemäß ſey, allerley Nahrung geſucht, Gewinſt und Handthierung zu üben, und fürzunehmen, die die Bürgerl. und armer Leute Stände von Alters her gebraucht haben, und noch daraus verurſachet, daß ſich eines theils das Bier-Brauens, Maltz-Machens, darzu ſie die Kretzſchmar auskauffen wollen, und andere Wahren zu kauffen und wieder zu verkauffen, unterſtehen ꝛc. daß alles nicht dem Adelichen Stande, ſondern denen Bürgern in Städten von Altersher und noch gebühret ꝛc. Weil denn ein jeder wohl zuermeſſen, daß ein Stand bey dem andern, billig gelitten, und bey ſeiner Nahrung, die ihm gebühret, gelaſſen wird, wie denn auch derohalben von unſern Vorfahren ſtattliche Verſehunge und Landes-Ordnung hiebevor gemacht, als thun wir dieſelben hiermit verneurrn, und befehlen demnach ernſtlich, daß ſich ein jeder Prälat, Graff, Herr oder von Adel, auch die Bauern, und andere auff den Dörffern, ſolcher Bürgerlichen Handlung gäntzlich enthalten, und zu Verderb unſerer Städte nicht Urſache geben. Welcher aber aus Herkommens, und über verwährte Zeit geübten Gebrauch mit dem Brauen oder Mältzen berechtiget zu ſeyn, vermeinet, und ſeinen Stand nicht bedencken will, dem ſeynd Wir, ſoweit er ſolches zwiſchen hier und Michaelis ſchierſt beweiſet, und vor Bartholomäi nechſtkommend

mend in unſerer Cantzley Commiſſarien darzu ausbringet', darbey bleiben zulaſſen geneigt. ꝛc. Welche aber ſich gegen uns ungehorſam verhalten, und ſich des nicht erinnern wollen, wie ihm GOtt beſiehlt, uns als ihrer Obrigkeit gehorſamſt zu ſeyn, gegen deme wollen wir uns mit der Straffe dermaſſen erzeigen, daß er unſer Mißfallen ſcheinlich ſolt empfinden.

## §. XXXII.

Idem obiectum concernit ordinatio de A. 1555. ad quam et eius rubricam Brauen, Schencken und andere Bürgerliche Handthierung aufn Lande, item Mälzen und brauen ex ord. 1482. in ſpecie civitates provocant, quando ius prohibendi in iudicium, contra contravenientes, deducunt, et extra milliare non modo, ſed prorſus intra totam Saxonicam, quibusque etiam milliaribus locus, ubi potenta ac cereviſia coquitur, et venditur, ſibi aſſerunt. Verba ordinationis ſunt haec: Nachdem unſere Landes Stäude berichtet, daß unſerer Vorfahren löbliche Ordnung ſo zu Erhaltung guter Policey ausgegangen, zum theil durch die unfriedl. Läuffte in Zerrüttung kommen, zum theil auch nach Gelegenheit ietziger Zeit weitere Verſehung bedürffen und Uns darauff unterthänig angelanget, hierinne gebührliche Verordnung zu thun, et poſtquam varios, commune et omnes Saxoniae ſubditos, tangentes intereſſe articulos, ezliche Articul gemeiner Land-Gebrechen praevia cum ſtatibus facta momentorum collatione, partim deciſa, partim decidenda adhuc reſtare, refertur, pergitur: Was wir aber auſſerhalb ſolcher Parthey Sachen mit ihren Bedencken und Rathe gewilliget, und geordnet, habt ihr aus hernachfolgenden Articuln allenthalben unterſchiedlich zu vernehmen. Solche Ordnung, die zu Aufnehmung

mung unſerer Städte und Lande nothwendig bedacht, thun wir hiermit verneuern. Weil ſich aber unſere Ritterſchafft, der darinnen beſtimmten Zeit der Beweiſunge, und daß ſich dieſelbe, ob ſie gleich nicht angefochten werden, führen ſollen, beſchwehret haben ꝛc. daß ſie von der Ritterſchafft und andere Kretzſchmar im Lande, ſo des Brauens und Schenckens wollen befugt ſeyn, mit der Beweiſung nicht eher ſollen beladen werden, ſie werden denn von den Städten oder andern derwegen angefochten. Aber auf demſelben Fall, ſoll kein langwieriger *Proceſſ* vorgenommen, ſondern wenn einer angefochten, ſoll er innerhalb zweyer Monath ſeiner angemaßten Gerechtigkeit, Beweiſunge und andere Gerechtigkeit führen, oder zum wenigſten *Commiſſar*ien ausbringen, denen Städten, oder andern, ihre Gegen-Beweiſunge und andere Gerechtigkeit vorbehältlich. Es ſollen aber gleichwohl diejenigen, ſo des Brauens oder Schenckens in Gewähren oder Gebrauch ſeyn, dabey, bis zu Erörterung der Sachen bleiben, wären auch derhalben zwiſchen denen Partheyen Verträge aufgerichtet, oder die Sachen zu Recht anhängig, bey ſolchen Verträgen und redlicher Erörterunge ſoll es auch gelaſſen werden; da ſich aber jemand unterſtünde, neue Schenck-Städte und Kretzſchmar, Anſpannen und Gaſtungen, da vor Alters keine geweſt, aufzurichten, der ſoll uns ein Hundert Gülden zur Straffe verfallen ſeyn. Dieweil denn ſolche Handthierung und Verkauffe dem Adel. Herkommen vornehmlich zu wieder, auch denen Dörffern nicht zuſtändig, ſondern eine Bürgerliche Handthierung iſt, welche denen Städten zur Unbilligkeit und endlichen Verderb entzogen. Damit nun ein Stand neben den andern ſeine Nahrung haben, und in ſeinen Stande ſeyn und bleiben möge; So iſt unſer ernſter Befehl: daß ſich die von Adel und denen es nicht

gebühret, ſolcher Bürgerlichen Handthierung gäntzlich enthalten, würde aber jemands hierinnen ungehorſam vermercket, und überfunden, der ſoll, ſo offte ſolches geſchicht, Uns ein Hundert Gülden zur Straffe verfallen ſeyn.

## §. XXXIII.

In fine huius ordinationis, ad omnes Saxoniae incolas, pro diverſitate illarum conditionis, iuſſus et mandatum ſerio dirigitur, ut contentis in illa ſancitis praeciſe pareant, ne praefinitam in mulctam ac poenam incidant. Imo, ut eo melius haec ſanctio memoria retineatur, Magiſtratibus, bina vice per annum, praeſentibus ſubditis peragenda illius iniungitur praelectio; quae tamen uſu neutiquam ſervatur. Non ingratum credo Lectori erit, nos tam copioſe textus ordinationum ad rem facientes inſeruiſſe, quandoquidem oculis ſuis ſic facilius obſervare poteſt, quae verba praetenſum ius prohibendi Civitatum probare debent aut valent. Promtius quoque de actione, qua, novas erigentes cauponas, cereviſiamque ad vendendum coquentes, quibuscunque milliaribus a ſe diſſitos, conveniunt Civitates, num in Ord. Provinciali fundata ſit nec ne, iudicabit. Communiter civitates ad unam modo ordinationem, poſtremam ſcilicet de anno 1555. provocant. Cum enim huic, duae reliquae d. 1482. et 1551. ſint inſertae, per compendium unam allegant, in omnibus tamen non minus praeſidium quaerentes. Sed hoc in cauſa fuit, cur omnes tres, quantum attinent, hic ſint diverſimode allatae.

§. XXXIV.

## §. XXXIV.

Iuris prohibendi illimitati aſſertores probationem petunt ex Ordin. d. 1482. verbis: daß nun hinführo niemand, welches Standes Würdens und Weſens die ſeyn in ſeinen Hauſſe, oder ſonſt in Dörffern auf ſeinen Gerichten und Güther, durch die Seinen oder andere, durch welche Weiſe das zu kommen oder erdacht möcht werden, daß ihm zu ſtünde, oder in einige Weiſe zu kommen, anders denn er vor ſeine Haußhaltung nothdürfftig iſt, und nicht auf den Kauff, brauen ſoll. ex ord. 1551. verbis: daß der Adeliche Stand, Adel. Weſen und Wandel erfordere, daß ein Edelmann von ſeinen Ritter-Solden und Ritter-Güthern ſich erhalten ſolle, item als ob ihnen frey und ihrem Stande gemäß ſey, allerley Nahrung zu ſuchen, Gewinſt und Handthierung zu üben, und vorzunehmen, die die Bürgerl. und arme Leute Stände von Alters her gebraucht haben, item, weil denn ein jeder wohl zu ermeſſen, daß ein Stand bey ſeiner Nahrung, die ihm gebühret gelaſſen werde, item daß ſich ein jeder Prälate, Graff, Herr oder von Adel, auch die Bauern, und andere auff den Dörffern ſolcher Bürgerlichen Nahrung gäntzlich enthalten ſollen. Ex Ordinatione d. 1555. mera haec verba excerpunt, damit ein Stand neben den andern ſeine Nahrung habe, und in ſeinen Stand und Weſen ſeyn und bleiben möge; So iſt Unſer ernſter Befehl, daß ſich die von Adel, und denen es ſonſt nicht gebühret, ſolcher Bürgerl. Handthierung gäntzlich enthalten ſolle.

## §. XXXV.

Inde arguunt; polentae confectio, cereviſiae coctio et venditio, hic civium declaratum negotium eine Bürgerl. Handthierung civibusque ſolis adpropriatum, reli-

quis in univerſum omnibus eodem interdicitur, et eis, quibus coquere permiſſum fuit cereviſiam, illam ad ſui ſuorumque neceſſitatem tantum parare, neutiquam vendere conceſſum, niſi hoc iure, per immemoriale tempus, aut ex ſpeciali gratia fuerint uſi. Verborum praeterea urgent generalitatem omnem reſtrictionem, quae per milliare fieret, excludentem. Nec minus in ipſis prohibitionis rationibus vim ac robur quaerunt ac collocant, quando nobiles ex praediis ſuis nobilibus vivere, negotiationibus vero, ſuum genus non decentibus, abſtinere iubentur, pariterque, per exercitam polentae cereviſiaeque coctionem et venditionem, urbibus inde expectandum lucrum, civium conſervationi dicatum, ihr Handel und Nahrung cum ſummo illarum detrimento auferre ac intercipere prohibentur. Iam inquiunt, nonne hisce argumentis eadem conſtat veritas, ſive intra milliare, ſive extra milliare applicentur. Quocunque terrarum, quod Civibus ſolis debetur, ab alio tractatur, id per iniuriam fit et illorum iura conturbat. Non Civis quem ſentit quaeſtum, civibus hac ratione illicite aufert, et praeripit et nocivum civitatibus gerit negotium. Nec minus pergunt, quod nobilem intra milliare non decet, eundem etiam extra illud dedecet. Addunt, articulus quoque 66. Iuris Provincialis Land-Recht L. 3. quando prohibendi ius civitati competens ad milliare reſtringit, Man mag keinnen Marck bauen dem andern auff eine Meile zu nahe, ubi Zobel vocem Marck explicat Bürgerl. Handthierung zu treiben, non unicuivis promiſcue negotiationes civicas permittit, ſed ad habilitatem perſonae reſpicit, an ipſi etiam talia tractare concedatur mercimonia, qualia ſunt polentae cereviſiaeque coctio ac venditio. Iam autem ex

Hen-

Henrici Aucupis Legibus ac Sanctionibus patet, nobilibus mercatu interdictum fuiſſe. Hordeum ac lupulum vendere, uti lanam poſſunt, ex hac vero pannum conficere venalem nequeunt, inde nec hordeum ac lupulum in polentam ac cereviſiam venditionis cauſa vertendi poteſtatem habent.

§. XXXVI.

Hae ſunt in unum omnes rationes ac pondera, quae proferre ſolent ſententiae illius patroni. Pro eadem fuiſſe Scabinatum Lipſienſem obſervo *anno 1673.* ſiquidem his argumentis *Menſe Martio* inſtruxit Deputatos Civitatum diverſarum des engen und weiten Ansſchußes Dreſdae congregatos ſuam ſententiam poſtulantes. Notum eſt illo tempore Civitatum ablegatos ſummopere laboraſſe de iure cereviſiario intra milliare ſpatium non coercendo, ſed illimitatum reddendo. Vnde conventio cereviſiaria Brau-Convention A. 1676. delineata, in Comitiis provincialibus anno 1687. habitis, congregatis ſtatibus propoſita, ut communi placito approbaretur et Ordinationi publicae poſt Comitiorum finem publicari conſvetae inſereretur. Sed intentionem fefellit eventus. Nam tunc temporis non adprobata, potius, ut Receſſus Comitialis d. A. 1688. teſtatur, ſuſpenſa, nec poſthaec unquam, ut pro lege valeret, impetratum eſt.

§. XXXVII.

Videamus itaque nunc quid valeamus contra allegata argumenta. *Electorem ac Ducem* ERNESTVM, cum *Duce* ALBRECTO *d. m.* in deliberationibus, quas pro communi ſubditorum incolumitate paranda ac figenda cum Statibus ſuis inſtituerant, veteres leges ac obſervan-

tias in abuſum tractas eſſe obſervabant. Easdem igitur ſuo vigori ac nitori ſubditosque in ordinem redigere laborantes, inter reliquas querelas, eas quoque, quas civitates de iure opificiorum, negotiationum et inſpecie polentae ac cereviſiae coquendae vendendaeque nec minus hoſpitandi iactaverant, attendebant. Civitates enim textum des Land-Rechts L. 3. art. 66. man mag keinen Marckt bauen, dem andern auff eine Meile zu nahe et Gloſſam, quae vocabulum Marckt von allerley Bürgerl. Handthierung, welche denen Städten zuſtändig ſind et ex hoc textu ac principio, privilegium explicat, ne intra milliare circum circa habeatur Vinum vel cereviſia extranea venalis, et, ne fiant braſia aut decoctiones huiusmodi, neque habitare permittantur artifices vel mechanici in villis adiacentibus, quia de iure civili et canonico quaelibet civitas, ad tantum ſpatium et imo amplius, habere credebatur dominium et territorium ſive diſtrictum, alia lege Saxonica deficiente, pro ſe facere contendebant et excluſionem reliquorum, ſine exceptione, urgebant. Nobiles contra, cum aliis equeſtris ordinis perſonis, etiam excellentioribus, hoc iure et lucro ſe orbari debere aegre ferentes continuo contradicebant, et, ipſo facto non raro, eiusdem exercitium ſuſcipiebant coeptumque non intermittebant. conf. *Reſ. Grav. d. A. 1661. Tit.* von *Juſtiti*en-Sachen §. *118*.

## §. XXXVIII.

Ne igitur in illa rerum confuſione civicus ſtatus ad ruinam vergens, commerciis reliquis non admodum florentibus, peſſumdaretur et publico, hoc ipſo, nimium decederet, Ordinatione d. Anno 1482. determinatum eſt, Principem velle civilibus negotiationibus annume-

numerari debere ius cereviſiarium omne, quod lucrum reſpicit. Ad neceſſitatem vero Zythum coquere, reliquis permittebatur adiecta ratione, Equeſtres mercatum non decere, obſervantiamque veterem vor alters Herkommen pro urbibus militare. Hac ratione ius prohibendi illimitatum civitatibus conceſſum eſſe quis unquam dixerit. Tale, ubi datur, expreſſa et aperta voluntas deſideratur, quae tamen hic deficit. Revera in hac Sanctione nil novi ordinatum, ſed iura, quae olim lege Saxonica competiere, modo denuo ſunt confirmata. Non autem aliud ius vel conſvetudo praeceſſit, quam quae ex Iure Provinciali Land-R. *L. 3. art. 66.* et Gloſſa *ibid. lit. a.* aut ex ſententia, quae poſt Weichbild ſub rubrica. Ob Edelleuthe auff ihren Güthern mögen Bier brauen und ausſchencken laſſen, legitur, petitur ac derivatur. Itaque nil mutat Ordinatio, nil iuri addit, potius priſtinum ius et obſervantiam adprobat, eoque ſe refert, et ne verbo quidem extendit, tantum ius antiquum milliare civitatum corroborat, ac inſuper nobilibus ceterisque, ut illi ad hoc ſpatium ſe extendenti negotiationi ſe non immiſceant, ſub poena, quod unicum novum eſt, cum olim, nulla ſtatuta inveniatur, iniungit. Si Ordinationem ad *d. articulum 66.* ſe non referre ſtatuerint Civitates, unde quaeſo prohibendi ius intra milliare ſibi tributum probabunt? maxime ſi iurisdictio, civitati competens, ad milliare ſe circum circa non extendit, Gloſſ. *ad d. artic. lit. a.* cum prohibendi iuris ne mentio quidem facta appareat. Provocantibus enim ad Ordin. Provinc. ſemper obſtaret exceptio non fundatae actionis. Cum non ex ſilentio, ſed ex verbis ipſis vel referente ac relato pateat voluntas probatioque ſit deſumenda. Quid autem intenderint Supremi Conditores in illa Sanctione in fi-

ne §. Ob aber einige prodùnt. Nimirum ad civica negotia, quae ius Provinciale Saxonicum ad milliare extenderat, etiam cereviſiae mercatum pertinere debere, ſtatuebant, et eis, qui intra illud ſpatium eundem exercere impoſterum auderent, praedii feudalis, in quo contraventio facta, privationem bey Verliehrung ſeiner Lehen, darauff ſolches geübet wird praefiniebant.

## §. XXXIX.

Ius prohibendi, omnis limitationis expers, ex Mandado d. A. 1551. deducturi, verba accipiunt, quibus Nobiles ex ſalario Nobili et praediis equeſtribus, von ſeinen Ritter-Sold und Ritter-Güthern, vivere; civibus contra, ſua negotia relinquere iubentur. Verum neſcio, an ſerio hoc urgeatur. Si enim civitates, Nobiles ad feuda ſua ablegant, ut ex illis ſe exhibeant, et iisdem, ſibi propriis et addictis, fruantur: Si in illa Ordinatione ius ad inſtituendam actionem, ut cauponae novae non erigantur, vel, noviter exſtructae, tollantur, et ut vendenda cereviſia abſtineant Nobiles, fundatum habent; non video, cur non eodem ex fundamento Equeſter Ordo ad eandem provocare, et, ut Cives poſſeſſionem feudalium praediorum ipſis cedant, et inſtante eiusmodi feudi ſubhaſtatione, a concurſu licitantium excludantur, praetendere queat. Minimum, ſi civitates ſuum, quod impugnamus ius, nullo limite circumſcriptum ex Ordinatione hac fluere opinantur, certe pari ratione Nobiles et praeprimis illi, qui ſtipendia feudalia, Ritter-Sold, non percipiunt, et ſic una ſuae conditionis fructu deſtituuntur, de feudis, a Civicis perſonis illegitime acquiſitis, conqueri, et, ut eis ſe abdicent, flagitare, poterunt. Nil dicam de ipſis civitatibus. Hae enim. quod dolendum! in-

ſtar

ſtar manuum mortuarum, ubi ſemel feuda in patrimonium ſuum redegerunt, Nobilibus, tanquam legitimis eorum poſſeſſoribus, illa recipiendi, ſpem omnem adimunt. Reliqua, occaſione praecedentis Ordinationis, allata, huc etiam pertinent, eoque convenientius, quo haec ſecunda, cum prima conſpirat, et immorigero tantum poenam, ſi iuſſibus non paruerit, minatur ac dictitat. welche ſich ungehorſam verhalten, gegen dem wollen wir uns mit der Straffe dermaaſſen erzeigen, daß er Unſer Mißfallen ſcheinlich ſoll empfinden.

## §. XL.

Nunc reſtat ipſa Sanctio d. A. 1555. ſed quid in illa peculiare pro ſe allegandum Civitates habeant, non video. Incipit illa, Solche Ordnung, ꝛc. In hac ſubvenitur eis, qui ſive nobiles ſint, ſive, alias, cereviſiae mercatum ſe legitime poſſidere probare valeant. Iſti non proceſſui ſe exponere, et iudiciariam telam pertexere, ſed probationem, intra duos menſes, ſuſcipere, aut Commiſſarios Principis expetere, ſuaque iura deducere iubentur, reſervata Civitatibus, contrarium quodvis, legibus convenienter, opponendi poteſtate. Hanc diſpoſitionem clarius elucidabunt, in antecedente Mandato imperata. Nimirum in Ordinatione d. A. 1551. intra admodum conciſum terminum praefixum, zwiſchen hier, ut verba ſonant, und Michaelis ſchierſt beweiſen, und vor Bartholomäi nechſt kommend in Unſerer Cantzley, polentae ac cereviſiae coquendae ius habentes, iſtud probare adſtringebantur. Hoc in ſequentibus Comitiis, tanquam res tam magni momenti, admodum ur-

gebatur, et nimis breve ſpatium praeſinitum fuiſſe, agnoſcebatur. Ideo, Terminus a quo, actio, ſive a Civitate, ſive fiſci Procuratore, mota, conſtituebatur. Modus, qui in proceſſibus regulariter obtinet, adhiberi vetabatur. Tantum intra duos menſes ius probare, minimum intra hoc tempus Commiſſarios expetere, adſtringebantur, illis autem, quorum ex adverſa parte intererat, ad ſua, quae expediebant, afferenda, tempus reſervabatur.

## §. XLI.

Ex his colligo Principem neutiquam permittere voluiſſe, rem, a ſe in futurum iam deciſam, iudiciario ordine amplius expediri debere. Vnde coram ſe et ſuis Commiſſariis cognitionem ordinavit. Eius enim, cum in hac ſanctione contraventioni poenam 100. florenorum ſtatuerit, maxime intererat, iudicem adiri competentem, qui valeret, Lege ordinata, intentioni convenienter interpretari, ac decidere. Sed haec actioni, a Civitate inſtituendae, viam non monſtrant, ſed praecludunt. Imo quae ſequuntur ipſis magis adhuc obſtare videntur. **Es ſollen aber gleichwohl diejenigen, ſo des Brauens oder Schenckens in Gewähren und Gebrauch ſeyn, dabey bis zu Erörterung der Sache bleiben. Wären auch derohalben zwiſchen denen Partheyen Verträge auffgerichtet, oder die Sache zu recht anhängig, bey ſolchen Verträgen und redlicher Erörterung ſoll es auch gelaſſen werden.** Ponamus enim, Civitatem, cum aliquo, intra milliare iacente, Nobili, conveniſſe, de mercatu cereviſiario ipſi concedendo, hoc in caſu, ſecundum tenorem praeſentis Ord. haec pacta ſervari

debent. Qua ratione autem una Civitas facultatem ſibi aſſerere poteſt, reliquarum in Saxonia Vrbium iura, ut modo ſuum intereſſe promoveat, intervertendi. Omnium videretur Civitatum, cum de earum praeiudicio agatur, conſenſus requirendus fuiſſe. Praebent mihi illa verba non inane argumentum, Civitatem intra milliare ius prohibendi, et eidem renunciandi habere, quoad remotiores vero, omne intereſſe et ius tunc exulare. Nam ultra milliare Civitatem poteſtatem habere alicui pactis talem mercatum indulgendi, prorſus abnego. Hoc enim regale Princeps Civitatibus nullibi conceſſit, unde illud ſibi, cum ipſius iniuria, arrogarent. Tota demum finitur prohibitio in hac ſanctione prolata, adiecta ab immorigeris ſumenda poena: würde aber jemand hierinne ungehorſam vermercket, und überfunden, ſoll, ſo offte ſolches geſchiehet, Uns ein hundert Gülden zur Straffe verfallen ſeyn. In hac Ordinatione itaque ne veſtigium quidem actionis, aut iuris prohibendi, Civitatibus tributi, reperitur. Poena potius unicuivis actui irrogata, et fiſco inferenda, innuit, Principem civitatibus actionem novam dare noluiſſe. Eorum igitur repugnantem hiſce ſanctionibus iudico opinionem, qui ſtatuunt, Camerae aut Principis fiſci Procuratorem, ad hanc conſequendam multam, niſi civitas ante litem moverit, experiri non poſſe.

## §. XLII.

Ad poſtremum nunc addam, quid ſentiam de eorum, qui nobis adverſantur, principio ac fundamento.

mento. Omnis conſvetudo debet eſſe rationabilis, eo rationabilius oportet ius eſſe. Adverſam nunc, ad rationem redigamus, ſententiam, quod omnes in Saxonia civitates illimitatum ius in ordinatione d. A. 1555. conceſſum habeant prohibendi cereviſiae mercatum. Ponamus centum numero exiſtere civitates, competere nobili cuidam privilegium, vel ius praeſcriptione quaeſitum, ſuo in praedio feudali, vel in ſua caupona hereditaria cereviſiam mercandi, ille ad hoc deducendum probandumque, ſecundum illam ſententiam ſucceſſive a centum actoribus, ſeparatis actionibus, conveniri poteſt. Imo quod triſtius, pone, eum cum nonaginta novem civitatibus decertaſſe litem et viciſſe, nondum tamen tutus erit, quin potius, centeſima Civitate litem intendente, aleam experiri adhuc dubiam tenetur, ſique vel caſu litem perdat, aut Advocati, aliusve forte citationem recipientis, et domino illam tradere obliviſcentis, facto deſerat, hac una, centeſimae civitatis victoria et clade, nonaginta novem litibus partum triumphum, perdet. Addo ſecundum ius Provinciale Saxonicum, omnes civicae negotiationes, Bürgerliche Handthierung und Nahrung, cum iure prohibendi intra milliare exercentur. Ad easdem, poſt multas diſceptationes, Princeps cereviſiae mercatum retulit. Hac ratione itaque ſpeciei non aliud ſpatium, quam, quod generi datum, competit. Si aliud voluiſſet Princeps, hoc expreſſiſſet, id quod in fabris ferrariis, et linteariis, fecit, ubi terminum ad quem, in illis ordinationibus, quartam milliaris partem, claris verbis deſignavit. Subnecto et hoc, civium iura, ultra Civitatis iura, ſe extendere nequeunt. Haec, Ord. Prov. Land-Recht L. 3. art. 66. ad milliare determinat, dum novae

novae Civitatis, ſive loci, ubi civica negotia Bürgerliche Handthierung und Nahrung tractantur, fabricationem ad milliare prohibet. Hoc ipſo itaque, quo, extra milliare, Civitatis exſtructio vel civica tractatio impediri nequit, et ipſam prohibitionem Civitatis ceſſare, imo eo reſtringi oportere, conſequitur.

## §. XLIII.

Sed, ne nihil lucratas eſſe civitates in praeſenti materia cereviſiaria, per ordinationem de A. 1555. aſſerere velle, videamur, ingens utique emolumentum ipſis inde ceſſiſſe, demonſtrabimus. Vnicuivis Civitati, in Iure Provinciali, ius erat tributum, negotiationem licitam Bürgerliche Handthierung, ſuis Civibus vindicandi, et, quia civitas a Civitate remota eſſe debebat ad milliare, exinde fluebat, ab eiusmodi negotii intra milliare ſuſcepti vel, ſuſcipiendi tractatione, quoscunque prohibendi facultas. Vſus, quod ex Gloſſa ad d. Artic. 66. diſcimus, cereviſiae mercatum in numerum civilium negotiorum retulerat. Sed impetebatur a multis, quorum intererat, haec Gloſſae explicatio. Conſtans quoque non aderat obſervantia, et civitates verſabantur in iure vel conſuetudine, adhuc incerta. Haec incertitudo ſublata, poſtquam Principes in ordinationibus ſuis praeciſe voluerunt, ac mandarunt, cereviſiae mercatum civibus proprium eſſe debere commercium: ſed hanc gratiam non in immenſum extendere queunt, potius in iure, quod olim Civitatibus ad milliare, circum circa datum, ſat amplum ſpatium, debent omnino ſubſiſtere, aut recentiori lege aliud expreſſe ſtatutum eſſe demonſtrare,

ſtrare, cum, minimum nobis, huc uſque, praeter memoratum textum des Land-Rechts L. 3. Artic. 66., alius non ſit notus.

§. XLIV.

Si non tempore, aliis negotiis impendendo, deſtitueremur, facillimo negotio ex Reſolutionibus Gravaminum, aliisque Saxonicis Conſtitutionibus, Civitates, ultra milliare, ius prohibendi nulla lege fundatum, potius eo, tam quoad ius cogendi quam prohibendi, reſtrictum habere, evinceremus. Alio tempore, filum hic abrumpendum, continuabimus, ſatis habentes, nos in praeſens eviciſſe, prohibendi ius, ultra milliare aſſeri ſolitum, in Ordination. d. A. 1555. fundatum non legi. Interim non praetermittere poſſum, me ex eo, quod Scabini Lipſienſes veterem, ſupra allatam ſententiam, hac in materia mutaverint, et mecum prorſus nunc conſentiant, laetitiam capere. Ita enim illi A. 1721. M. Mart. nach F. an den Rath daſelbſt iisdem propemodum, quae protuli, rationibus, reſpondendo, ac definitive in cauſa des Raths zu Zwickau contra D. W. H. v. Sch. iudicando, ſe explicuerunt. Imo ipſum ſummum Provocationum Senatum, alia exempla lubens non attingo, B. Rivinus in ſuis Enunciatis iuris ad Ordin. Proceſſ. Sax. Tit. 5. Enunc. 36. meae ſententiae fuiſſe, et libellum ideo, quod circumſtantiam, adverſarium intra milliare mercatum cereviſiae inſtituiſſe, non continuerit, ut ineptum, in maſſen die Klage anbracht, reieciſſe, confirmat.

*TANTVM.*

05 H 606

ULB Halle 3
004 219 848

4018

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696193-p0051-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696193-p0052-6

D. B. V. 10.

DE

# VRE

# IBENDI

# VISIARIO

SAXONICARVM

RE EXTENDI SOLITO

NAT. d. A. 1555.

FVNDATO

*RAESIDE*

OV. MENCKEN JCTO.

REGIS ATQVE ELECT. SAX.

ENATV CONSILIARIO, PROFESS. IVR.

D. CVRIAE PROVINC. SCABINATVS,

CT IVDIC. PROV. LVSAT. INFER.

DINARIO, ORDINIS SVI

T. DECANO

*XXV. D. XI. OCTOBR.*

ORIO JCTORVM

ISPVTABIT

*RESPONDENS*

OTTLOB SEYFFERT

RESDENSIS.

---

, STANNO GERDESIANO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696193-p0053-2